

EPIGRAMMATA  
In gratiam Authoris à Fautoribus, Cognatis  
& Amicis scripta.

I.

**N**E te pœniteat varij, **WELPERE**, laboris:  
Post Segetem hanc dabitur Messis opima tibi.  
**E**' Terris pergas modò contemplarier Astra;  
Astrorum in Terris Præses id omne videt:  
Sic tamen ille videt, quò Terris mittat ab Astris,  
Virtuti **QUADRENT** qua Benefacta tue.

M. Matthias Bernegger,  
Hist. Profefs.

II.

**S**ic bonus Astrologus, **WELPERE**, videbere cunctis;  
Nam tibi cum **STELLIS** par ratio esse solet.  
Perpetuo hæ veluti Motu super axe gyranur,  
Sic nunquam à Studijs est tibi pigra quies.  
**N**unc illud **QUADRANS** testatur, ut antè **COMETA**  
Et **FASTI**, & quod mox ponè sequetur **OPVS**.

M. Johannes Paulus Crusius,  
Pr. Cl. ap. Arg. Pr. & P. L.

III.

**E**Cquis in Alsatùm **FASTOS** disseminat arvis?  
**WELPERVS**, Clarij gloria prima chori.  
Quis nuper cecinit mutantem regna **COMETEN**?  
**WELPERVS** certis motibus astra notans.

Mira